

EDITORES LECTORIBUS.

Quodcumque est medicamentum singulare, compluribus designatur appellationibus, quae omnino synonymicae vocantur; quarum vocum synonymicarum ingentem novimus numerum, qua de causa inopia indicis earum in officina pharmaceutica opus opificis, aut difficilius, aut nonnunquam medicinam ipsam praeparandam plane impossibilem reddit. Lexica autem, quae nunc existunt, aut valde imperfecta, aut manca sunt, aut plane exhausta. Functus aliquot annis ante pharmacopoeus **Vladislaus Wiorogórski** socio, etiam iam functo pharmacopoeo, **Guilhelmo Zajączkowski** auxiliante magnum codicem, quod „Lexicon synonymorum pharmaceuticorum“ inseribitur, confecit suoque sumptu edidit. Quo tamen in lexico index rerum, tantopere ad nomina inquirenda necessarius, non apparet, cum propter maiores sumptus editionis ad iungi non potuerit. Nunc igitur Societas pharmaceutica, subsidio editorio nominis functi **E. Gessneri** accepto, indicam desideratum, qui codicem medicamentarium compleret atque opificibus pharmacopoeis prodesset, edere consilium cepit et ad edendum est adgressa.

Pharmacopocorum Varsaviensium Societas.
